

cum sacra facultas tot, tamque varias amplitudine suā concludat veluti subditas ditioni suā regiones, in eam me hodiernā luce recipere, quāe vestrūm oculos fugeret, atque adeò regimē vestrum ignoraret. Si de quā enim sacræ facultatis parte instituissēm concertationem, quam vos latere, vel leviter mihi suspicari contigisset, tot præclarissimi ē vestrā Societate viri illicē prodīssent, qui me protinus a quadam suspicione revo- casserent. Si namque de abditis Scripturæ sensibus cogitassēm disfērere, hinc Salmeronis prolusiones, inde Cornelii, Tyrini, aliorumque commentaria occurrisserent. Si de re historicā periculum facere constituisse, hinc Binii, Labbæi, Harduini, Cof- fartii, & celeberrimi Sirmondi obversati essent labores. Si scholaisticum agmen parassēm; hinc Gregorii de Valentia in sentiendo maturitatem, Suaresii in hoc rerum genere amplitudinem, Vas- quessi acerrimum in perscrutando ingenium, cen- tenorumque aliorum conatus aspexisse. Si de- mūm cum fidei hostibus pedem conferre, atque Ecclesiæ jura vindicare gestiero, num validam Bellarmini doctrinam declinare potero; num poterō aurea Dionysii Petavii pro catholicorum dog- matum defensione monumenta præterire, si cer- tum voluerim mihi certaturo confiscere patro- cinium, certumque mihi spouonderim de pugnā tryumphum? Quocumque oculos verterim, inclytæ Societatis vestræ occurrit undique viri, in quo- vis doctrinæ genere præstantissimi. Quid enim modò in literarum republīcā exoptari amplius potest, quod vel a majoribus vestris excogitatum non sit, vel florentissimo eruditionis apparatu defœcatum deinceps a vestris non fuerit expoli- tum, exornatumque? Hæc porrò omnia mihi res- pondenti reputantique nemo velim succenseat; ac si cæterorum ordinum viros in similitudinem ad- ducere, ac penè despicere amaverim; neque enim Societatis Jesu gloriæ fastigium ex aliorum ruinis aut ego excitare contendo, aut ejus alumni æquo animo patiuntur attolli. Interim verò ti- moris caussam deprehendisse me video, dum video me vestrā stipatum coronā, quot viros, tot judi- ces in subeundā concertatione habiturum.